



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum confessio spem tribuat salutis? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

*Vtrum confessio aperiat paradysum?*

41

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod confessio non aperiat paradysum. Quia diuersorum sacramentorum diuersi sunt effectus. Sed apertio paradysi est effectus baptismi. Ergo non est effectus confessionis.

¶ 2 Præterea, In id quod clausum est, ante apertionem intrari non potest. Sed ante confessionem, moriens intrare paradysum potest. Ergo confessio non aperit paradysum.

SED contra, Confessio facit hominem subijci clauibus Ecclesiæ. Sed per eas aperitur paradysus. Ergo & per confessionem.

RESPONDEO dicendum, quod a paradysi introitu prohibetur aliquis per culpam, & reatum pœnæ. Et quia hæc impedimenta confessio amouet, ut ex dictis patet: idè dicitur paradysum aperire.

Ad primum ergo dicendum, quod quamuis baptismus & pœnitentia sint diuersa sacramenta, tamen agunt in vi vnius passionis Christi, per quam aditus paradysi est apertus. *\* in duobus articulis p'æced.*

Ad secundum dicendum, quod ante votum confessionis paradysus clausus erat peccanti mortaliter, quamuis postea per contritionem in virtute voti confessionis, apertus sit, etiam ante confessionem actualiter factam: non tamen obstaculum reatus est totaliter amotum ante confessionem & satisfactionem.

ARTIC. IV.

42

*Vtrum confessio tribuat spem salutis?*

**A**D quartum sic proceditur. Videtur, quod effectus confessionis poni non debeat, quod tribuat spem salutis. Spes enim ex omnibus meritorijs actibus prouenit. Ergo non videtur esse proprius effectus confessionis.

¶ 2 Præterea, Per tribulationem ad spem peruenimus, ut patet Rom. 5. Sed tribulationem homo præcipue in satisfactione sustinet. Ergo tribuere spem

spem salutis magis est satisfactionis, quam confessionis.

SED contra, Per confessionem homo fit humilior & mitior, sicut in littera Magister \* dicit. Sed hoc homo accipit spem salutis. Ergo confessio effectus est tribuere spem salutis.

\* lib 4. d. 17. in fin.

RESPONDEO dicendum, quod spes remissionis peccatorum non est nobis nisi per Christum: & homo per confessionem se subijcit clauibus Ecclesie ex passione Christi virtutem habentibus, ideo dicitur quod confessio spem salutis tribuit.

Ad primum ergo dicendum, quod ex adhibere potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia Redemptoris: & quia confessio gratia Redemptoris inuitur, ideo spem salutis tribuit, non solum merito, sed etiam ut pars sacramenti.

Ad secundum dicendum, quod tribulatio salutis tribuit per experimentum propria virtutum purgationem a pena: sed confessio etiam per predicto \*.

in corp. art.

ARTIC. V.

Utrum confessio generalis sufficiat ad delenda peccata mortalia oblita?

43 Tho. 4. d. 21. q. 2. ar. 2.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod confessio generalis non sufficiat ad delenda peccata mortalia oblita. Peccatum enim per confessionem deletum, non est necesse iterum confiteri: ergo peccata oblita, per confessionem generaliter mitterentur, non esset necessarium, quod cum peccata redeunt, aliquis ea confiteretur.

¶ 2 Præterea, Quicumque non est confessus peccati, vel non habet peccatum, vel est oblitus peccati. Si ergo per generalem confessionem peccata mortalia oblita dimittantur, quicumque se sibi conscius de aliquo peccato mortali, quandoque generalem confessionem facit, potest esse certus, quod sit immunis a peccato mortali: contra Apostolum 1. Corinth. 4. Nihil mihi

sum, modum aliquo dimitto, dimitto, confitetur, missa gratia, tici quod esse peccatum, Ergo gratia, SED illuminatio, ille qui Deum confiteri potest, sed veniatur, nisi peccata, quod non ex peccata, quod sic peccata, RESPONDEO præsupponit confessionem, quidem clauium, tem quam rem peccata, sine in gratia, tur: si cuius peccata